UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1860

III. Die Markgrafen Johann, Otto und Conrad vergleichen sich mit der Stadt Schönfließ, ihre Feldmark nicht nachmessen zu lassen und schenken ihr den Bach Gnatzdorn mit dem Rechte zur Errichtung einer ...

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55515

Visual Library

III. Die Markgrafen Johann, Otto und Conrad vergleichen sich mit der Stadt Schönfließ, ihre Feldmark nicht nachmessen zu lassen und schenken ihr den Bach Gnatzdorn mit dem Rechte zur Errichtung einer Mühle, am 13. Februar 1281.

In nomine Domini Amen. Joannes, Otto et Conradus, dei gratia Brandenburgenses marchiones, omnibus, ad quod presens scriptum pervenerit, salutem in perpetuum. Ne pro defectu memorie, que provida dispositione geruntur in tempore, mater erroris ignorancia ingrata surrepat obliuio, expedit gesta in tempore seu gerenda litterarum beneficio perhennari. Quapropter notum esse volumus universis, quod cum funiculum nostrum misissemus ad mensuram campi civitatis Schowenfliet, predicta civitas composuit nobiscum pro quadam summa, placitando nobiscum, ut accepta eadem nunquam debeat ipsius campus a nobis vel nostris successoribus amplius mensurari, sed debet perfrui ipso jure, quod a prima plantacione possedit, cum agris, cultis et incultis, pratis, sylvis et pascuis, stagnis, lacubus, piscationibus, libertatibus, fluminibus et rivulis plenarie toto jure. Preterea dedimus civitati prefate potestatem rivum dictum Gnatzdorn (al. Gnatzor) fluentem a loco claustri, quondam habiti ad civitatem, ut ipsum habeat toto usu. Preterea prefecto datum est a nobis, ut de omnibus censualibus et de judicio tercia pars omnium cedat. Insuper prelibatis dedimus civibus, quod quodcunque in civitate juxta forum vel alias secus plateas edificare possint, vel hortos extra civitatem construxerint, ad usus pertinebit totius civitatis et non nostros neque prefecti: nec hoc pretereundum, quod in rivo prefato Gnatzdorn (al. Gnatzor) potest nemorata civitas molendinum edificare libere ad usus proprios sine censu, si prefecti invenerint voluntatem. Preterea justum modium habebit prefectus in molendinis, sicuti ante nostra tempora habere liberaliter noscebatur. Hujus rei testes sunt milites nostri Ludowicus de Wedell, Sigfridus, Hasso et Zulis, Fratres de Wedell, Georgius de Brewitz, Joannes de Bersewitz, Joannes de Malchin, Tetardus de Wostzowe et alij fide digni. Ne vero hec donacio ab aliquibus verteretur, presens scriptum ipsi civitati ad maiorem cautelam contulimus sigillorum nostrorum munimine roboratum. Actum Koningesberge, Anno domini MCCLXXXI, idus Februarii, datum per manum Meginhardi, nostri curie capellani.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives fol. 29. Buchholtz Gesch. IV, Urk. Anh. S. 111, 2.

IV. Papst Bonifaz gestattet dem Kloster Zehden auch während eines allgemeinen Interdicts die Horen zu halten, am 31. Oktober 1294.

Bonifacius episcopus, servus servorum Dei, Dilectis in Christo filiabus. Priorisse et conventui Monasterii in Cedene, per Priorissam soliti gubernari, Cisterciensis ordinis, Caminensis diocesis, Salutem et apostolicam benedictionem. Devotionis vestre precibus annuentes auctoritate vobis presentium indulgemus, ut cum generale tunc fuerit interdictum, liceat vobis clausis ianuis non pulsatis campanis et voce summissa, excommunicatis et interdictis exclusis, reddere domino horas Ca-